Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

78

Postmod vero fide debilitata defecit ista apparicio
quare opus fuit q alii rectores ecclesiarum ex familiari
spus sci consilio certam formam et materiam adinvenirent
crisma confectum ex oleo pbatur hoc ex
ritu ecclesie quia pontifices determinato tempore anni ad hoc
consecrant crisma q sit huius sacri materia / que ma-
teria est mixta propter duorum actuum ut hic / oleum enim
olivarum propter nitorem signat interiorem fidem ex bona
consciencia balsamus propter odorem dignam et laudabilem
conversacionem ad quos duos actus homo fit robustior
p huius sacri suscepcionem **Signo crucis** quia omnia
sacramenta sumpserunt efficaciam suam a passione xpi
facta in cruce Etiam quia omnis adversitas per
crucem xpi fugatur Et signando in facie percutitur con-
firmatus ut meoretur se confirmatum ne oblitus
iniuriam sacri se faciat iterum confirmari Velut per-
cussus non habeat erubescenciam confiteri nomen xpi
ut ut pcta diabolica expellantur Et non q huius
sacri percepcio non est absolute et simpliciter necessaria ad
salutem quia sine eo non potest quis salvari Ut ultimo
Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit Sed con de
con di v ubi dicitur Omnes fideles p manus imposicionem
Episcoporum post baptismum spiritum sanctum accipere debent ut plenem
xpianum inveniantur Sed homini adulto est necessaria huius
sacri suscepcio antequam moriatur habita oportunitate q
commode possit quia aliter videtur hoc sacramentum contempnere
et sic salvari non posset quia contempnens non est
plenus xpianus **Epus** hoc patet ex determinacione
ecclesie in c Quanto de consuetudine et de con di v c Manus
Et non pontifex hic psbri enim simplices tenent vicem
lxxii discipulorum de quibus hoc non legitur **Legitur
tamen** ut xcv di in c pervenit ad nos ubi Gregorius
prohibuit psbris exhibicionem huius sacri et postea

Quae crisma et oleum sint materia huius sacramenti

Quare percutitur confirmatus